

hiani, Novatiani, & multi ab aliis Summis Pontificibus, & horum tenuit hereses tanquam sufficienter damnatas illico tenuit universalis ecclesia.

19 Item sine Concilio Joann. XXII. constituit. incipient. *Vas electionis* : plures damnavit propositiones, quæ in ipsa referuntur. Benedictus XI. constitution. incipient. *Benedictus Deus* : definit animas decedentes in gratia, & non egentes purgatione aliqua, vel ea peracta, si egeant, statim gaudere ante iudicium universale Dei visionem facili, & intuitiva, & animas decedentes in peccato mortali statim ad penas infernales descendere. Martin. V. constituit. incipient. *Inter cuncta* : damnavit 48. articulos Joannis Vicleffi, & alios 30. Joannis Huis. Eugenius IV. constituit. incipiente *Lactentur* : & alia incipient. *Exultate* : ac alia incipient. *Cantate* : varios articulos ad fidem catholicam spectantes definit, & explicavit. Sixtus IV. const. incip. *Licet* : proscripsit varios errores Petri de Osma. Leo X. constit. incipient. *Pastor* : damnavit pragmaticam sanctionem adversus facultatem, potestatem, & dignitatem Romani Pontificis, & constituit. incipient. *Ecce* : proscripsit 41. errores Lutheri, eumque cum suis sequacibus damnavit, & excommunicavit constituit. incipient. *Decretum* : Paulus V. constituit. incipient. *Quarundam* : declaravit hereticos negantes Trinitatem Personarum in Divinis in unitate Divinae Essentia, aut Divinitatem Jesu Christi &c. Sanctus Pius V. constituit. incipient. *Ex omnibus* : damnavit 79. propositiones Michaelis Bajæ. Sixtus V. constituit. incipient. *Calli*, & *terra* : condemnavit astrologiam Judicariam. Clemens VIII. constituit. incipient. *Sanctissimus* : damnavit sententiam docentem licere confiteri per literas Confessario absenti. Urbanus VIII. constituit. incipient. *In eminenti* : prohibuit librum, cui titulus *Augustinus Cornelii Jansenii olim Episcopi Iprensis*. Innocentius X. constituit. incipient. *Cum occasione* : ut hereticas proscripsit quinque propositiones Jansenii. Item per decretum Congregationis S. Officii sub 29. Januar. 1647. ut hereticam damnavit propositionem asserentem Paulum non fuisse subiectum Petro, sed in primatu æqualem. Alexander VII. constituit. incipient. *Ad Sanctam* : definit prædictas quinque Jansenii propositiones reperiri in libro Jansenii, & in sensu ab eodem Jansenio intento damnatas fuisse. Item duobus aliis decretis sub 24. Septemb. 1665. & 18. Martii 1666. respectivè damnavit 45. propositiones ad materiam moralem spectantes. Innocent. XI. sub die 2. Martii 1679. proscripsit 65. propositiones circa eandem materiam, & constit. incipient. *Ad abolendam*, damnavit 68. propositiones Michaelis de Molinos. Alexander VIII. die 24. Augusti 1690. duas propositiones proscripsit & alias 32. sub 7. Dec. mbris ejusdem anni. Innocent. XII. constituit. incipient. *Cum aliarum* : damnavit 23. propositiones Archiepiscopi Cameracensis. Clemens XI. constituit. incipient. *Vincam Domini*, declaravit "Obedientia, quæ præsertim apostolicis constitutionibus (Innocentii X. & Alexandri VII. editis adversus propositiones Jansenii) debetur, obsequioso silentio non satisfieri, sed damnatum in quinque præfatis propositionibus Jansenii libri sensum, quem illarum verba præferunt, ab omnibus Christianis fidelibus, ut hereticum, non ore solum, sed & corde rejici, ac damnari debere." Item constituit. incipient. *Unigenitus* : damnavit 101. propositiones excerptas ex libro gallico idiomate impresso. Quorum omnium Pontificum decreta, & statuta licet extra Concilia, fuerunt statim à tota ecclesia recepta, & fideliter observata, prout in dies prompte recipiuntur, & fideliter observantur.

20 Unde concludendum est, Romanum Pontificem habere totius ecclesie regimen pure monarchicum, nec indigere aliqua Concilii convocazione pro definiendis rebus fidei, morum, & disciplina, aliisque gravibus dubiis, prout expresse pro damnandis etiam hæresibus necessitas Conciliorum excluditur à Sancto Augustino lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum c. 12. ibi: "An vero Congregatione synodi opus erat, ut aperta pernicies damnaretur, quasi nulla hæresis aliquando, nisi synodi Congregatione damnata sit, cum potius rarissime inveniantur, propter quas damnandas necessitas

talit extiterit?" Et à Sancto meo Bernardino Senensi in *Mariali* p. 3. *Sermon* 3. expresse dicitur, quod magis est standum sententiæ Summi Pontificis, quam sententiæ totius mundi, ibi: "Cum Papa sit Christi Vicarius, & ngerat vicem Dei in terris: ex quo sequitur quod habet plenitudinem potestatis, & illud quod facit, præsumitur facere auctoritate Dei; ideo ipso approbante aliquid, & nos debemus approbare; Immo ipsius sententiæ est magis standum, quam sententiæ totius mundi."

¶ Monarchia, aristocratia, & democratia modi sunt simplices regiminis. At omnes hi regiminis modi ultro citroque misceri possunt, & quidem tripliciter. Vel etiam dividuntur majestatis jura, ut verb. gr. quædam Principes exercet, quædam Senatus; vel eadem communicantur, quum Rex quædam sine nobilitate, vel populi arbitrio exequi nequit; vel denique summum imperium certis conditionibus adstringitur.

Exhibet Sparta exemplum primi generis, ubi hoc modo omnes statum conemperati fuerunt, potissimum quum Ephori fuerunt instituti. Adeoque auctor est Justinus, Lycurgum in fundanda æquo jure Sparta sic distribuisse vim majestatis, ut Regibus auctoritas esset gerendi belli, Senatui tutela legum, Magistratibus judicia, & demum electio Magistratum populo. Mixtum quoque ad hunc fere modum Germanici Imperii statum nonnulli tenent.

Apparet secunda species mixtionis in regno Polonia, ubi sine arbitrio nobilitatis jura condere, abrogare, aut mutare Regi permittunt non est. Idemque fere censendum de ceteris Imperiis, ubi Ordines sunt, quos vulgo Status appellamus, præsertim si suo jure convertire valeant.

Tertia species constituit regnum legitimum, non quia & aliis Rex non promiscue legibus sit solutus, sed quia nequidem potestas est usu, & ratione flectendi, mutandique leges tunc soli Regi sit, sed pariter Ordinibus. Nam & hi fere, ut assertores privilegiorum, legumque, sub quibus Rex recipitur, constituti solent. Sic quibusdam in Rebus publicis in hanc legem adigi novus Rex solet, ne sine consensu populi bellum, aut fedus faciat, neve militiæ munus, (nisi pro defensione patriæ) invitos implicet.

Variis quoque sanctionibus hæ leges solent muniri. Aliquando enim (sed periculoso exemplo) subditis exequendi obsequium jus datur, si pacis legibusque non stetur; Usitatissimum est religione jururandi eos adstringi, quos illos admonet Poetæ versus:

Si genus humanum & mortalia spernitis arma, At sperate Deos memores fanâ, atque nefandi.

Porro generale juramentum à Republica, & iustitia gubernandi non efficit statum mixtum. Quæ enim, inquit Papinianus, dubitationis tollendæ causa contractibus inferuntur, jus commune non lædunt. Sed tunc demum quum certis capitulis modum finesque summæ potestatis præscribit actiores, quàm jure suo haberet. Hoc juramentum Prior Principes obire debet, antequam nempe subditi obsequium jurent, quia quum ad id sub conditione obligati sint, prius conditio impleri debet juramento Principis. At vero diversum est circa commune illud Principis jusjurandum. Ante enim Cives suo juramento obstringere obsequii fidem debent.

REGULARES.

ARTICULUS I.

Regulares quoad ea, quæ possunt, & debent, vel non.

SUMMARIUM.

1 Quas confessiones audire Regulares sine Episcopi approbatione valeant: tractatur de iis, quæ cum approbationem concernunt: Quas absolutiones Prælati regulares efficere possunt, sive à censuris, sive in qui-

quibusdam solemnitatibus, ad n. 7.

8 Concerentia ad facultatem Regularium pro secularium confessionibus, eorum absolutionibus, aliisque dispensationibus, ad num. 11.

9 Solutio decimarum, mulierum benedictio post partum an regulares comprehendat: an possint esse comparires: peculium utrum habeant: regulari proprietario que deneganda, ad num. 20.

10 De regularibus apostatis, & incorrigibilibus agitur remissive: de multis aliis tractatur etiam remissive ad regulares concernentibus, circa officium divinum, ordines, locutionem eorum cum monialibus, præcedentiam, predicationem, processiones, novitium, professionem, &c. ad num. 37.

11 In alienatione rerum mobilium seu stabilitum qua observanda: quando pulsatio campanæ in Sabbato Sancto faciendâ: quid in aliis diebus: qua necessario intertenuenda ad beneficiorum obtentionem: libertas eligendi sepulchrum demonstratur, in contrarium facientes pœne designantur, ad num. 47.

12 Quas recipere possunt regulares inter missarum solemnitas: numerus regularium qualis tui subiecti esse debent: de quibus causis superiores nequeunt cognoscere: que alia regularibus non licent, & variæ constitutiones inseruntur, ad num. 70.

13 De regularibus ad episcopatum assumptis, & de tempore quo sunt legendæ variæ constitutiones, & decreta loquitur: que observantia circa regulam in sua primitiva institutione: reformationi pontificia obediendum: contra reventes reformationem acceptare quomodo procedendum: que exceptiones advertantur: debent recipi in monasteriis quot ali possint numerus præfixus non est augendus, & varia remissive, ad num. 109.

14 An possit regularis parochus esse, ac simul superior: quibus cibis præsertim Franciscani in suis jejuniis utantur: nequeunt esse parini: quando possint licite baptizare: an possint ad officia pro animalibus in suis ecclesiis invitare: canere missas in ecclesiis secularibus impediri valent: que necessaria ut ad ordines promovantur, ad num. 121.

122 Aditur ad rem dispositio Benedicti XIII.

123 Supplementa inseruntur, ad num. 167.

168 Novæ additiones proponuntur, ad num. 183.

1 REGULARES possunt sine approbatione Episcopi, & cum sola approbatione sui Prælati Regularis audire confessiones illorum secularium, qui sunt vere de familia in suis monasteriis, & continui comensales. Vide verb. Approbatio pro Confessionibus excipiendis art. 1. n. 64.

2 Secus vero illorum, qui tantum ipsis Regularibus deserviunt, & cum secularibus exteris extra monasterium habitant, & vivunt. Vide ibid. num. 65.

3 Quinam sint vere de familia, & qui non, ad hoc, ut possint absolvi, vel non, à dictis Regularibus? Vide ibid. à num. 66. ad 70.

4 Quoad ea, quæ concernunt approbationem Regularium pro confessionibus Regularium, & respiciunt dependentiam ab eorum superioribus. Vide dict. verb. Approbatio art. 2. per tot.

5 Quoad ea, quæ concernunt approbationem confessoriorum Regularium pro Monialibus eis subiectis. Vide dict. verb. Approbatio art. 3. & verb. Moniales, art. 5.

6 Prælati Regulares à quibus casibus, & censuris possint absolvere suos subditos. Vide verb. Absolutio art. 2. à num. 20. ad 40.

7 Quid importent absolutiones generales, quas Prælati Regulares in fine visitationis, & in quibusdam anni solemnitatibus dare consueverunt suis subditis Religiosis? Et quid absolutiones in articulo mortis dari solent moribundis? Et quid absolutiones, quæ dantur à Prælati, seu Præsidiibus ante electiones capitulares? Vide verb. Prælati Regularis à num. 67. ad 73.

8 Quoad ea, quæ concernunt approbationem, & facultatem Regularium pro audientis confessionibus secularium. Vide verb. Approbatio art. 1. à num. 41. usque in finem, & verb. Confessarius art. 4. à num. 6. ad 10.

Regulares simpliciter approbati in diocesi Episcopi approbantis possunt etiam audire confessiones infirmorum in propriis domibus absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia; At vero tenentur Regulares de tali audita confessione eorumdem infirmorum Parochum illico certiorum reddere, & hoc potest illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi: sufficit tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum inmodum fiat. Sic expresse statuit Clemens X. in constit. incip. *Superna*, & jam antea declaraverat Sacra Congregatio Episcoporum, & Regl. die 2. Julii 1606. & in una Senogalliens. 22. Januarii 1616. & in Anconitana 6. Octob. 1645.

Confessarii Regulares à quibus casibus possunt absolvere seculares? Vide verb. Absolutio art. 1. à n. 41. ad 47.

Confessarii Regulares quando possint dispensare super impedimento petendi debitum conjugale? Vide verb. Debitum conjugale art. 1. à num. 10. usque in finem.

Regulares an, & quando teneantur ad solvendas decimas? Vide verb. Decimæ, art. 2. num. 44. usque in finem.

Regulares an possint benedicere mulieres post partum, & ad purificationem admittere in propria ecclesia? Vide verb. Benedictio, art. 3. à num. 13. ad 16. & per tot. ubi multa ad rem. (Lit. B pag. 207. n. 16. in fin.)

Regulares utriusque sexus nequeunt esse comparires, seu comatres, neque per procuratorem. Vide verb. Baptismus, art. 7. num. 41. ad 47. & verb. Moniales, art. 6. num. 70.

Regulares utriusque sexus nequeunt in particulari, neque de licentia, ac dispensatione superioris habere peculium, seu aliquid proprium; Immo talis licentia, etiamsi obtenta ab eorum Generalibus, qui dicentur tam posse concedere, non excusaret fratres, aut Moniales à culpa, & pœna à Tridentino imposita. Vide verb. Legatum, à num. 88. ad 95. & verb. Moniales, art. 2. num. 64. usque in fin.

Regularis deprehensus in morte habere aliquam proprietatem debet cum ipsa subterrari extra Monasterium in sterquilino in signum suæ perditionis, & damnationis æternæ, quia in peccato mortali decessit textu expresso in cap. Cum ad Monasterium 6. de statu monachorum. ibi: *Quid si proprietas apud quempiam inventa fuerit in morte ipsa cum eo in signum perditionis extra Monasterium in sterquilino subterretur, secundum quod Beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse.* Glossa communiter recepta ibid. verb. In sterquilino. Et ita S. Gregorius narrat se fecisse lib. 4. *Dialogor. cap. 53.* ut innuitur in cap. Cum Monasterium, & S. Hieronymus ad *Eustochium de virginitate, lit. D.* relatus à Joann. Andrea in cap. Cum ad Monasterium, num. 4. in verb. Gregorius: refert de Monacho, qui lina texendo centum lucratus illa reliquit in morte, & habito consilio, quidam dicebant illa esse tribuenda pauperibus, alii ecclesie, alii parentibus, sed decreverunt Patres illa cum eo subterrari cum verbis: *Pecunia tua sit tecum in perditione*, ex quo magnum per totum Ægyptum cunctos terror invasit. Et concordat cap. Monachi 2. de statu Monachorum, ibi: *Et qui in extremis cum peculo inventus fuerit, & digne non penituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam, quod etiam de universis Religiosis præcipimus observari.* Quinimo Regularis canonicus, qui in articulo mortis non resignavit proprium, quod latenter habuerat, non solum in cœmeterio sepelli non debet, sed si ibi sepultus fuerit, inde debet exhumari, si sine maximo scandalo fieri poterit, textu expresso in cap. Super quodam 4. de statu Monachorum, ibi: "Super quodam Canonico Regulari, qui in articulo mortis agens, licet à priore suo communitus proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit resignare, & sic diem clausit extremum, & fuit inter alios fratres traditus sepulturæ. . . . Inquisitioni tuæ respondemus, quod ille canonicus, non tantum fuit christiana sepultura privandus, verum etiam si sine maximo scandalo potuit fieri, de ipsa projici dignus est ecclesia. Hoc

- autem cum forte contigerit, in similibus est agendum; *Et in ejus Summario expresse dicitur: Regularis canonicus, qui non resignavit proprium in morte, non debet in cimiterio sepeliri. Et si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.*
- 20 Deh! una semel hoc animadvertant, & contremiscant Regulares, si qui sint proprietarii, & præsertim Superiores Ordinum, qui proprietatem Monachorum decedentium sibi appropriant tamquam spolia, contra omnia Jura, tum communia, tum propria cujusque Religionis specialia, seu municipalia statuentia omne id, quod ex defunctorum Religiosorum expropriatione remanserit, converti debere in utilitatem ecclesiæ, seu monasterii. Et id possunt sine beneplacito apostolico. Vide *verb. Alienatio, art. 4. n. 29. in fin. (Lit. A. p. 103. D. p. 90. in novis.)*
- 21 Quoad ea, quæ concernunt Regulares apostatas, seu fugitivos. Vide *verb. Apostasia, Apostata per tot. & infra num. 141. & seqq.*
- 22 Quoad ea, quæ concernunt Regulares tamquam incorrigibiles ejciendos, & ejectos. Vide *verb. Ejecere, Ejeciti, per tot. & infra num. 116. ad 155.*
- 23 Religiosus transmissus ad turrets, terminato tempore condemnationis, non est recipiendus inter Religiosos suæ Provincie, ut in *una Arculana anni 1711. late, & pluribus adductis solide probat. D. Ursaya tom. 1. part. 2. discip. 18. per tot. Vide ibi, & infra num. 159.*
- 24 Quoad ea, quæ possunt, & debent Regulares circa recitationem divini officii. Vide *verb. Officium divinum, art. 3. à num. 52.*
- 25 Quoad ea, quæ concernunt promotionem Regularium ad Ordines. Vide *verb. Ordo, art. 3. à num. 51.*
- 26 Quoad ea, quæ concernunt locutionem Regularium cum Monialibus. Vide *verb. Moniales, art. 4.*
- 27 Quoad ea, quæ concernunt Regularium præcedentiam. Vide *verb. Præcedentia.*
- 28 Quoad ea, quæ concernunt Regularium prædicationem. Vide *verb. Prædicare, Prædicator.*
- 29 Quoad ea, quæ concernunt Regulares circa processiones. Vide *verb. Processio.*
- 30 Quoad ea, quæ concernunt Regularium novitium. Vide *verb. Novitiatum.*
- 31 Quoad ea, quæ concernunt Regularium professionem. Vide *verb. Professio.*
- 32 Quoad ea, quæ concernunt Regularium privilegia. Vide *verb. Oracula vivæ vocis, & verb. Privilegium.*
- 33 Quoad ea, quæ concernunt Regularium Quæstum. Vide *verb. Eleemosyna, & verb. Quæstuar.*
- 34 Quoad ea, quæ possunt, & debent Regulares circa funera, quartam, & sepulturam. Vide *verb. Quarta, & verb. Sepultura.*
- 35 Quoad ea, quæ possunt, & debent Regulares circa Eucharistiam. Vide *verb. Eucharistia, & infra art. 2. numer. 126.*
- 36 Regulares non possunt ministrare laicis secularibus infirmis hospitantibus in eorum conventibus sacramenta Eucharistiæ per modum Viatici, & extremæ Unctionis absque Episcopi, vel Parochi licentiâ; Et si id faciant, incurunt censuras inflictas in *Clem. lib. de privileg. & possunt per Ordinarium per cedulones excommunicati declarari. Sac. Congreg. Concil. in Nullius 19. Septembris. 1637. in Cremonensi 27. Febr. 1649. in Ripana 3. Febr. 1652. confirmata in Gerundensi. 13. Februar. 1649. & in Neapolitana 5. Junii 1700. apud Monacell. tom. 1. tit. 6. formul. 20. num. 16.*
- 37 Regulares erigentes altare portatile, & sacrum facientes in domo privatorum, ut ibidem Viaticum ministrant Regulari infirmo absque licentiâ Ordinarii, vel parochi, possunt censuris coerceri, & ligari, ut declaravit Sacra Congregat. Concil. in *Messanensi. 27. Septembris. 1689. apud Monacell. loc. cit. num. 20. Vide verb. Oratorium, num. 80.*
- 38 Regulares omnes tenentur in quacunque alienationis specie, tam stabilium, quam mobilium pretiosorum, sive translatione dominii, aut creatione censuum, licentiam petere, & obtinere à Sacra Congregatione Concilii, prout decreto generali mandavit Urb. VIII. die 7. Septembris. 1624. Immo nequeunt necam censuario nomine,

sed neque ad cambium, vel mutuo accipere pecuniam cum solutione alicujus lucri, vel cum obligatione bonorum. Vide *verb. Alienatio, art. 4. num. 30. & 33.*

Et hæc licentiâ gratis ab eadem Congregatione expediti debent, sicuti in dicto decreto injunctum fuit, cujus observantia denuo demandata fuit ab eadem Sacra Congregat. *sub die 1. Decemb. 1691. his verbis: Pro omnimoda observantia, & executione decreti, & gratiis expeditur res Regularium, aliorumque in decreto comprehensorum, de licentiâ hujus Sacræ Congregationis tantum in scriptis danda juxta formam, & tenorem à san. memor. Urbano VIII. confirmati, si Sanctissimo Domino nostro placuerit.*

Die 4. Decembris 1691. facta relatione per Secretarium, Sanctissimus mandavit servandum esse decretum san. memor. Urbani VIII. super hac re editum, & de licentiâ Congregationis Concilii, & gratis juxta ejusdem formam, & tenorem.

R. Pallavicinus Sac. Cong. Concil. Secret.

Sic apud Monacell. loc. cit. num. 30. & 31.

Regulares non possunt in Sabbato Sancto pulsare campanas ante pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice. Leo X. const. incip. *Dum intra*, §. 12. & sæpe sæpius declaravit Sac. Congr. R. Vide *verb. Campana à num. 11. Regulares ratione hujusmodi pulsationis in Sabbato Sancto posse conveniri coram loci Ordinario decrevit Sac. Congreg. Concil. in Capuana 23. April. 1591. Nisi consuetudo in contrarium esset legitima, vel ecclesiæ multum distaret. Ex Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in Surrentina 16. Julii 1601. & postea in Thelesina 5. Febr. 1622.*

Possunt tamen Regulares in quibuscumque aliis diebus, etiam Dominicis, seu festis in suis ecclesiis pulsare campanas, & missas celebrare ante celebrationem missæ, & pulsationem campanæ in ecclesia cathedrali, seu matrice, vel parochiali, nec impediri possunt ab Episcopis, & parochiis. Vide *verb. Campana à num. 16. ad 21.*

Regulares omnes, quamvis sint Canonici Lateranenses, sive Præmonstratenses, aut quicumque alii Canonici Regulares, non possunt sine expressa dispensatione à Apostolica obtinere ullum beneficium seculare, sive curatum, sive simplex, & hujusmodi. Vide *verb. Concursus, art. 2. à num. 34. ad num. 38. & verb. Habitus, num. 69.*

Regulares, sicuti alii Clerici seculares non possunt aliquos medio voto, vel juramento, aut pacto, seu promissione inducere, ut apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent, & hoc sub virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ, & sub poena nullitatis, & obligatione restitutionis, & interdicti ecclesiastici, nisi restituerint, textu expresso in *cap. Animarum 1. de sepulturis in 6. ibi: "Animarum periculis, & scandalis, quæ frequentur ex his proveniunt, obviare volentes, universis Religiosis, & secularibus Clericis, cujuscumque status, vel conditionis existant: in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ districtissime prohibemus, ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, seu aliâs promittendum inducant, ut apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent. Nos enim, si secus factum fuerit, electionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis. Statuentes &c." sequuntur aliæ poenæ.*

Insuper Regulares, & omnes alii Clerici seculares inducentes aliquos, ut supra, ad eligendam sepulturam in eorum ecclesiis, incurunt excommunicationem Papæ reservatam, textu expresso in *Clementin. Cupientes 3. de penis, §. Sane, ibi: "Sanæ temerarios violatores constitutionis illius, quæ Religiosis, & Clericis secularibus prohibet, ne aliquos ad vovendum, jurandum vel fide interposita, seu aliâs promittendum inducant, ut sepulturam, apud eorum ecclesias eligant, vel jam electam ulterius non immutent, similem sententiam (excommunicationis) poena in dicta constitutione contenta, in suo perdurante robore, incurtere volumus ipso*

fac-

facto, ab alio, quam à Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo, nullatenus absolvendos, nullis privilegiis, aut statutis cujuscumque tenoris existant, super his vulturis.

Regularibus non licet in suis ecclesiis admittere ad celebrandum presbyteros seculares contra prohibitionem Episcopi. Sac. Congr. Concilii in *Bononiens. 2. Junii 1620. & in Limana 29. Januar. 1631. Vide verb. Missa, art. 4. n. 20. & 21.*

Regulares inter missarum solemnia possunt recipere ea, quæ sibi offeruntur, dummodo à perambulationibus per ecclesiam, ac similibus elemosynarum extorsionibus se absteineant. Sac. Congr. Concilii in *Bononiens. 2. Junii 1620.*

Regularium numerus cuique monasterio, & Conventui præfixendus est. Paul. V. constitutione 9. incip. Sanctissimus.

Plurima alia, quæ concernunt Regulares circa conventus seu monasteria; Vide *verb. Conventus, per tot.*

Regulares cujuscumque Ordinis, etiam Mendicantium, quantumvis Sedis Apostolicæ sint Capellani, Superioribus suis subiecti esse debent. Gregorius IX. constituit. incip. Per Romani.

Regularium Superiores non cognoscunt causas suorum subditorum ad Officium Sanctissimæ Inquisitionis spectantes. Paulus V. constit. 26. incip. Romanus.

Regulares cujuscumque Ordinis, quantumvis exempti, de hæresi suspecti, puniuntur ab Inquisitoribus Hæreticæ pravitatis. S. Pius V. constit. 52. incip. Pastoris.

Regulares omnes cujusvis Ordinis, Religionis, & Instituti, quibus pro delictis ad Sanctæ Inquisitionis officium spectantibus penitentia genus aliud impositum fuit (salutaribus penitentis exceptis) eo ipso ad omnes Religionis suæ gradus, & officia inhabiles censeantur, & deinceps, etiamsi penitentia tempus expleverint, vel gratiam receperint, ad illa tamen promovendi nullatenus possint, nisi prius obtenta à S. D. N. vel ab hac Sacra Congregatione coram Sanctitate sua habenda specialia, & expressa rehabilitationis gratia; aliâs promotio quælibet nulla sit, & promoventes ipsi privationem suorum officiorum, ac præterea vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrant, qui restituti, nisi ab eodem S. D. N. vel ab eadem Sacra Congregatione coram Sanctitate sua habenda, non possint. Sac. Congreg. Generalis S. R. & universalis Inquisitionis, die 1. Octobr. 1625.

Regulares non possunt in Sabbato Sancto benedicere domos, cum non possint hoc munus extra conventum suum exercere. Sac. Cong. Conc. die 23. Novemb. 1619. & in *Bononiens. 2. Julii 1620.*

Regulares non possunt aggregare suæ Regulæ personas in articulo mortis constitutas. Sac. Cong. Rit. in *Spolestana Terra de Viso 20. Junii 1609. apud Barbos. in Summa Apost. decr. verb. Regul. n. 39.*

Regulares non possunt constringi ab Ordinariis ad interveniendum orationi quadragesima horarum in cathedrali. Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in *Salernitana 8. Novemb. 1581.*

Regulares non debent permittere pauperes mendicare in eorum ecclesiis, quando divina celebrantur officia. S. Pius V. constit. incip. Cum primum. (Vide *verb. Eleemosyna, ibique remissive.*)

Regulares Religionis suppressæ non remanent liberati à votis, sed adhuc his obstructi sunt, adeo ut nec matrimonium, nec testamentum facere, nec in fidei commissis, & hæreditatibus succedere, nec acquirere possint, ut respondit Sac. Cong. Concil. in *Veneta 13. Maii 1679. & in Bonon. 25. August. 1692. (Vide lit. A. pag. 103. col. 2. lit. E. pag. 175. n. 54. prope fin. & pag. 213. vers. In quinta.)*

Superiores Regulares non possunt opponere interdictum in ecclesiis sibi subiectis; Sic partibus auditis, & informantibus declaravit Sac. Cong. Episcop. & Regul. in *Neapolitana Censurarum 21. Junii 1697. contra Abbatem S. Petri ad Aram, qui ecclesiam Monialium Regine Cœli sibi subiectam interdicto subjecerat.*

Regulares professi non possunt ad alias Religionem etiam strictiorem transire sine licentiâ Sedis Apostolicæ.

Monacell. tom. 3. tit. 16. formul. 3. n. 18. Donat. *Præterurum Regul. tom. 2. part. 2. tract. 5. quest. 22. num. 11. & communis aliorum ex praxi, & stylo Curie; & quoad transitum ad alias Religionem edita est novissime à Benedicto XIII. constitutio incip. Licet Sacra: quæ ad uberiorem notitiam hic ad litteram datur.*

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Licet Sacra Tridentina Synodus, ut integræ disciplinæ Regularium prospiceret, provido consilio statuerit, neminem cujuscumque Ordinis Prelatum, vel Superiorem vigore cujusvis facultatis aliquam ad habitum, & professionem admittere posse, nisi ut in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia in claustris perpetuo maneat; & licet Pius Papa Prædecessor noster constitutionem ediderit, qua omnia privilegia abrogavit quibuscumque ordinibus monasteriis, hospitalibus, & locis piis olim concessa, excipiendi, & retinendi fratres, monachos, canonicos, aliosque, quamvis in Ordine mitiori professos, prohibendo, ne illi imposterum ad habitum, & professionem Regularem admitterentur, etiamsi perpetuo manere, & vivere deberent in claustris; nihilominus viri pietate, & prudentia conspici Nobis exposuerunt se longa experientia didicisse, Nosque ipsi, qui Deo favente, hac ipsa die Regulare institutum Ordinis Prædicatorum in adolescentia professi fuimus, & adhuc profitemur, sæpe longo usu cognovimus, prædictas sanctiones, & cautelas pro reâ ordinum Regularium disciplina adversus calliditatem, & malitiam hominum tuenda, parum sufficere; siquidem compluribus contigit, & in dies contingere videmus quospiam, Ordinis Regularis, & Claustralis institutum professos, deinde postquam illud apostasia deseruerunt, vel etiam aliquando sine apostasia, peculiare causas, ejusmodi transitu facultatem postulare, & impetrare consuevisse à propriis superioribus, se privilegium subditis suis Regularibus eundem transitum ad alias Religionem concedendi habere jactantibus, vel ejusmodi facultatem sibi dari procurare à Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Legatis, vel ab ejusdem Ecclesiæ Cardinali Majori Penitentiario, & non rarò à Nostræ Civitatis Avenionensis Vicelegato, vel ab alterutra ex Congregationibus Venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, & Sac. Concilii Tridentini Interpretum. Quæ facultas transeundi ad proficiendam Regulam alterius Religionis, in qua nulla vigeat claustralis, & regularis observantia, vel in aliam religionem hospitalariam, aut militarem, vel hospitalariam simul, & militarem, ubi etiam vigeat claustralis, & regularis observantia compluribus decretis earundem Congregationum, & optimo statui Ordinum Regularium maxime opponitur.

§. 2. Quare præcipua sollicitudo nostra erga omnes Regularium familias, quas veluti acies castrorum, ad excubia militantis ecclesiæ ordinatas, magno, & vere paterno amore complectimur, Nos movet, ut præsentis constitutione in suo pleno robore, & vigore perpetuis temporibus duratura, interiori eorumdem Regularium disciplinæ providentes, prædictam corruptelam evellere studeamus; Itaque omnibus, & singulis Regularibus, in quocumque regulari, & claustrali Ordine professis, transitum ad quencumque alium Ordinem, in qua claustralis, & regularis observantia non vigeat, post maturam hæc de re habitam deliberationem, motu proprio, & ex certa scientia omnino prohibemus; Transitum etiam ad quencumque Ordinem hospitalarium vel militarem, vel hospitalarium simul, & militarem, etiamsi in hujusmodi Ordine claustralis, & regularis observantia vigeret, ac etiamsi ageretur de apostata vel non apostata, à

pr-

primævo suo Ordine ad ejusmodi alium transire volente pari modo prohibemus. Insuper quibuscumque Superioribus Regularium, Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Legatis, ejusdem Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinali Majori Pœnitentiario, Nuntiis Apostolicæ Sedis, Vicelegato Avenionensi, utriusque Congregationi Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositis, sacricque Concilii Trid. Interpretum, per presentes tollimus, revocamus, & abrogamus quæcumque privilegia, auctoritates, facultates, & consuetudines, ejusmodi transitum concedendi cuicumque Regulari claustrali, apostatæ, vel non apostatæ, quacumque de causa, quamvis etiam adsit consensus, tam superioris, in cujus Ordine antea professus fuerit, quam alterius Superioris, in cujus Ordine novam professionem emittere voluerit; Nobis autem, Nostrisque Successoribus Romanis Pontificibus pro tempore exituris similibus concessionibus penitus reservamus, ita ut impostum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Legati, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, Nuntii Apostolicæ Sedis, Vicelegati Avenionensis, prædictæque Congregationes in examine libellorum supplicum, hujusmodi transitus postulantium, hac de re nihil omnino decernere possint, nisi Nostro, vel Romani Pontificis pro tempore exituri speciali rescripto, ejusmodi libelli supplices ad illos remissi fuerint: quo rescripto etiam obtento, nihilominus transitus facultatem, etiam si causæ ejus concedendi summæ viderentur, nullo modo concedere valeant, nisi postquam Nobis, & pro tempore exituro Romano Pontifici, totius rei distinctæ, & accuratæ relatio facta fuerit, & postquam à Nobis ipsis, vel à Romano Pontifice pro tempore exituro, earundem causarum pondus approbatur, & transitus facultas concessa fuerit.

§. 3. Eisdem vero presentibus literis nostris quoscumque transitus, non observato ad unguem harum tenore, imposterum faciendos, nullos, & invalidos fore, & esse declaramus; Ordinariis locorum concedentes, vel ad illos extendentes eandem facultatem procedendi in eos, qui deinceps, presentis constitutione non observata, ad alium Ordinem transire ausi fuerint, quam Tridentina Synodus Ordinariis concessit in Regulares extra monasteria vagantes, & crimina presentes committentes.

§. 4. Decernimus quoque, &c.
 §. 5. Quocirca mandamus universis locorum Ordinariis, ut quando, ubi & quoties opus fuerit, eandem presentes solemniter publicantes, eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant, non obstantibus constitutionibus, &c.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum, &c. = Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo sexto, Idibus Februarii, Pontificatus Nostri anno secundo. = P. Card. Prodaturus. = Visa de Curia. = F. Cardinalis Oliverius Archiepiscopus Ancyranus.

L. Martinus.

62. Regulares omnes professi tam superiores, quam subditi, nequeunt condere testamentum. Communis & certa, per text. in cap. Quia ingredientibus 2. de Testamentis, & cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. ibi: Quia ingredientibus monasterium convertendi gratia, ulterius nulla sit testandi licentia, sed res eorum ejusdem monasterii juris fiant, aperta legis definitione decretum est. Item habetur Authent. Ingressi, Cod. de SS. Ecclesiis. Et ratio clara est, quia ob votum Obedientiæ, & paupertatis, omni libertate, & proprietate se privant, ita ut nec velle, nec nolle, nec quidquam proprium, de quo disponere possint, amplius habeant, argum. citatis Juribus, juncto capite Non dicatis 11. causa 12. quest. 1. (Vide supr. num. 59.)

63. Neque Regulares testari possunt ad pias causas. Communis. Juris enim rationes æque in testamentis ad pias causas, ac in aliis locum habent; Adeoque Jura indistincte sunt intelligenda, cum ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debeamus; cap. Quia circa 22. de

privilegiis, & l. De pretio 8. ff. de publiciana in rem actione. (Vide lit. C pag. 31. n. 8. & l. pag. 19. n. 100.) Immo neque de licentia Prælati, seu superioris. Communis, quia ut dicitur in l. Nemo 54. ff. de Regul. Jur. Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet, & cap. Nemo potest 79. de Regul. Juris in 6. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur; Cum nemo possit dare quod non habet, l. Traditio 20. ff. de acquirendo rerum dominio, cap. Dalbertum 1. quest. 7. cap. Quomodo, de consecratione, dist. 4. cap. Quod autem 5. de Jure patron. (Vide lit. P pag. 13. n. 19.) (Et expresse declaravit Sac. Congr. Visitationis Apostolicæ sub die 19. Januarii. 1696. Decret. 5. & approbavit Congregatio particularis quinque Cardinalium die 25. Julii ejusdem anni in causa Religiosorum S. Spiritus in Saxia de Urbe, ubi quod dicti Religiosi non possunt testamentum condere, neque de licentia Præceptoris, seu Commendatoris domus, apud Monacell. tom. 2. tit. 15. form. 16. num. 13.)

Neque possunt Regulares testari, etiam si ante professionem sibi aliquam summam suorum bonorum reservassent cum facultate testandi, quia est actus domini, pro quo explendo deficit proorsus in eis habilitas, cum sit species novæ ultimæ voluntatis; Passerin. de statu homin. tom. 1. quest. 186. art. 7. num. 540. Monacell. tom. 1. in appendic. alnotat. ad constit. Clementis VIII. de largitione numer. n. 17. Sanchez, & alii passim, arg. supra citatis Juribus. Quinimo Regularibus professis neque licet testamentum à se conditum ante emissam professionem moderare per viam declarationis; Sac. Congr. Concil. 4. Aug. 1685. lib. 25. Decr. fol. 238. apud Monacell. tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 277. Vide verb. Testamentum, art. 3. num. 36.

Quoad ea, quæ possunt, & debent necessario observare Regulares circa largitionem munerum, datur hic ad literam.

CONSTITUTIO CLEMENTIS VIII.

De largitione munerum una cum ejus Confirmatione facta ab Urbano VIII. sub pœnia privationis officii, vocisque activæ, & passivæ, ipso Jure incurrendis, Januario quoque mense legenda.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

RELIGIOSÆ Congregationes ab insigni sanctitate viris Spiritus Sancti afflata institutæ, tantas ecclesiæ Dei utilitates omnino tempore attulerunt, ut ad eas conservandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores Nostri, magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint; Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, ut etiam quæ optime fundata, & constituta sunt, partim hominum imbecillitate, & ad maius proclivitate, partim demonis astutia, paulatim deficiant, ac nisi cura pervigili sustententur, in deteriorius prolabantur; idcirco Summorum Pontificum vigilantia magno prelo laboravit, ut Regularium Ordinum disciplina, aut labefacta in pristinum restitueretur, aut salutaribus constitutionibus communita, integra, atque incolumis permaneret. Quorum nos vestigiis pro eodem officii munere insistere, & pastorem illorum sollicitudinem (quantum possumus) divina adjutrice gratia, cupimus imitari.

§. 1. Quare, ne ex muneribus, quæ à pluribus religiose vitæ professoribus ex Christi patrimonio, quibusvis hominibus quavis ex causa sæpe tribuuntur, gravia, incommoda, & mala, etiam boni specie, existant, præcavere studentes, hac nostra perpetuè validura constitutione universis, & singulis cujuscumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, bona immobilia, & redditus certos ex indulto apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cujusvis Congre-

64

gatiensis, Societatis, & Instituti (non tamen militiæ) Regularibus personis utriuslibet sexus omnem, & quancumque largitionem, & missionem munerum penitus interdiximus; Sub qua prohibitionem comprehendimus volumus omnia, & singula capitula, conventus, & congregationes, tam singulorum conventuum, monasteriorum, prioratum, præpositurarum, præceptoriarum, domorum, & locorum, quam Provincialia, aut generalia cujuslibet provincie, sive universi Ordinis, Societatis, aut Instituti, quocumque valearum Camera, Commissarios, & eorumque Officiales, & singulares personas; ipsos etiam ordinum, congregationum, & societatum hujusmodi Superiores, quascumque dignitates obtinentes, etiam Generales, & Provinciales, Magistros, Ministros, & quocumque nomine Præfectos, nec non conventuum, monasteriorum, prioratum, præpositurarum, præceptoriarum, domorum, & locorum quorumcumque Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiam majores Guardianos, Ministros, Rectores, atque Abbates, Prioras, & alio quovis titulo Præsidentes, tam ipsis Regularibus, quam locorum Ordinariis, seu quibusvis superioribus subiectos utriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos: adeo ut nemo unquam eorum, vel earum directus, vel indirecte, palam, vel occulte, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam sub quovis statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptele, & alio prætextu, vel quacumque causa, nisi in generali capitulo, aut alia generali congregatione, re generali discussa, unanimi consensu omnium, superiorumque permissu, causa approbata fuerit, quicquam tale attentare valeat.

§. 2. Id autem ita absolute, & generatim veritatem intelligatur, ut neque omnino fas sit, quicquam donare, tam ex fructibus, redditibus, & proventibus collectis, vel contributionibus, aut obligationibus, sive elemosynis, aut subsidiis certis, vel incertis, ordinariis, seu extraordinariis, mensæ, seu massæ communis, vel cujusvis fabricæ, & sacristiæ, quorum bona communiter, ut præfertur, administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quam ex pecuniis etiam, quæ à singulis quovis modo acquisite in commune conferendæ omnino sunt: nec si per viam voluntariæ contributionis in communi congerantur: nec si forsam privatum, & nominatim culibet Religioso à suis superioribus, vel à propriis affinis, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel à piis Christianis, etiam elemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quocummodo per quemlibet Religiosorum suo monasterio, domui, aut loco acquisitæ, eique, ut ad libitum de his disponat, per superiores concessæ fuerint, præterquam leviora esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem, vel Religionem pertinentia munuscula communi tantum, nunquam vero particulari nomine (ubi superiorum de consensu conventus videbitur) tradenda.

§. 3. Sed & hujusmodi missiones munerum ipsis Religiosis utriuslibet sexus, non solum per se, verum etiam per alios, tam directe, quam indirecte prohibitas declaramus.

§. 4. Neque vero quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat, etiam si munera miserit cuiusvis personæ laicæ, vel ecclesiasticæ cujuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quavis, non solum mundana, & ducale, regia, imperiali, verum etiam ecclesiastica, & pontificali, aut alia majori, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalatus dignitate, etiam quibusvis, etiam proprio loci Ordinario, etiam ex causa, & occasione benedictionis, vel susceptionis habitus Regularis, tonsuræ, aut professionis Monialium, tam sibi subditarum, quam non subditarum, aut ipsi etiam proprio ordinis, vel congregationis Protectori, Vice-Protectori, Generali, vel Provinciali, aut cujusvis monasterii, prioratus, domus, aut cujuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut aliquo quocumque officio, munere, aut dignitate fulgenti, vel quicquam etiam simpliciter, & particulari Religioso;

FERRAR. BIBLIOT. TOM. VIII.

ita ut inter ipsos quoque Religiosos (ne prava ambitioni impulsus pro consequendis in sua religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut benevolentiam aucupetur) quacumque largitio, aut donatio munerum (nisi rerum minimarum de licentia expressa, & in scriptis Superiorum) sit penitus interdicta.

§. 5. Insuper prohibemus, ne unquam eisdem Regularibus liceat ullas pecunias quocummodo erogare in aliquibus etiam benefactoris, aut protectoris, vel Ordinarii honorem, etiam occasione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi justificationem, seu pro prædictis personis, quavis auctoritate, vel dignitate fulgentibus honorifice laute, & opipare excipiendis, seu pro quibusvis conviviis eisdem, aut cuivis illorum, quacumque occasione, vel causa exhibendis, vel pro comestationibus, aut comotationibus quibusvis personis, tam ejusdem ordinis, congregationis, monasterii, domus, aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis etiam piis intra ecclesias, monasteria, & domos sacras, seu pias, vel extra eas, in quibus publicis, aut privatis, sacris, aut profanis locis, etiam ubi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pie gestæ, etiam in memoriam Passionis Dominicæ populis spectandæ proponuntur, aut aliis in prædictis, sive in quibusvis rebus supervacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & privata commoda quomodolibet pertinentibus, nisi re ipsa pro divino cultu, & veris Christi pauperum indigentis, servato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione de consilio, & consensu superiorum sublevandis, aut aliis in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Provinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsam præscriptam non excedentibus, sumptus hujusmodi fiant. (Lit. E. pag. 213.)

§. 6. Declarantes tamen, per hæc, laudabilem, & apostolicam doctrinam, sacrisque canonicis commendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes, & peregrinos nequaquam imminui, aut prohiberi. Quinimo si quis redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum monasteriorum, ordinum, aut regularium hujusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, sive aliis applicati, aut donati sunt, eos omnino (ut decet) integre in usus pios hospitalitatis hujusmodi erogandos esse, & præsertim in monasteriis, seu locis desertis, & ab laicorum adibus longius remotis, ubi tamen pauperum, & vere egenorum ratio in primis habeatur.

§. 7. Si quos vero ditiores occasione transitus, sive aliis ex devotionis, aut necessitatis causa eo direvertere contigerit, eos sane deceret refectorio communi cum Religiosis, mensaque & ferculis communibus, nequaquam à ceteris distinctis contentos esse; verum omnino ipsi Regulares in hospitibus hujusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, ut eis frugalitas, & paupertas religiosa prorsus luceat.

§. 8. Pari etiam ratione districtè inhibemus, ne quispiam ex prædictis laicis aliis, quam ut superior dictum est, vel Clericus secularis, vel Regularis quocumque honore, præminencia, nobilitate, aut excellentia, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalatus dignitate præditus, etiam Protector, Vice-Protector, loci Ordinarius, Prælati, Generales, Provinciales, aut monasterii, domus, vel loci cujuslibet Superior, eorumve affines, propinqui, familiares, aut Ministri utriuslibet sexus, quicquam contra hanc superiorum expressam prohibitionem recipiant.

§. 9. Quod, si vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superiore quopiam Generali, Provinciali, aut quocumque officio fungente, aut à conventu, capitulo, vel congregatione, sive ab universo ordine, & religione quicquam receperint, id quod accepterint, suum non faciant, verum ipso facto, absque aliqua monitione, iudicis, decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitutionem omnino in utroque foro

D

116

tenentur, adeo ut restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiae absolvi possint.

§. 10. Hanc autem restitutionem fieri volumus non privatim ei Religioso, qui donavit, sed ei monasterio, domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eius bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius capituli, conventus, aut congregationis, vel Universi Ordinis, seu Religionis, donatio facta extiterit, pariter communi mensae, aut massae, cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur, ita ut nec qui donavit, nec conventus, capitulum, congregatio, ordo, aut religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in pauperes eroget, concedere quoquomodo possit.

§. 11. Quod si quis ex supradictis regularibus intrusiviter sexus, cuiuscumque gradus, ordinis, dignitatis, ac ubilibet locorum existentibus, conjunctim cum ceteris, seu divisim nostrarum hujusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, jussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus, ut omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis, eo ipso privatus, ac ad illa, & alia similia, vel dissimilia in futurum obvianda inhabilis perpetuo, & incapax, ac perpetua infamia, & ignominia notatus existat; & praeterea privationem vocis activae, & passivae, absque ullo Superioriorum decreto, aut ministerio, ipso facto incurrat: nec non ultra hujusmodi poenas, etiam tamquam contra furti, & simoniae criminum reum, tam per viam denuntiationis, accusationis, aut querellae, quam veritatem ex officio procedi, & inquiri, condignisque supplicis affici debeat.

§. 12. Poenis aliis à Jure statutis, ac per alias constitutiones apostolicas, aut propria cuiusvis ordinis, congregationis, monasterii, domus, aut loci statuta, vel consuetudines, contra personas aliquid praemissorum committentes, forsitan decretis, & inhibitionibus, nihilominus in suo robore permansuris.

§. 13. Quocirca universis, & singulis modernis, & pro tempore existentibus, locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, & Officialibus, necnon quorumcumque ordinum, Prioratum, Monasteriorum, & domorum Superioribus, etiam Generalibus, seu Provincialibus, ceterisque, ad quos spectat, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum singuli, quantum ad eos pertinet, curent omni studio, diligentia, auctoritate, & vigilantia, praesentem constitutionem firmiter, & inviolate observari, & contra inobedientes, vel transgressores condignis poenis animadverti; eosdem inobedientes, nec non contradictores, quoslibet, & rebelles per opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 14. Non obstantibus constitutionibus, &c.

§. 15. Volumus autem, ut praesentes litterae in aedibus Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in Aedibus Campi Florae publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis; Quodque earum exempla, seu illarum compendia in libris quorumcumque statutorum praedictorum monasteriorum, prioratum, collegiorum, domorum, ordinum, & congregationum (quoad moniales in vernaculum, & vulgare cuiusque regionis sermonem versata) & à loci Ordinario, qui id quamprimum fieri curet, subscripta inferantur, & saltem quotannis in capitulis, sive congregationibus cuiusque earum alta, & intelligibili voce legantur; & nihilominus post sexaginta dies à die publicationis (in praesertim in Romana Curia faciendi, unumquemque circa montes, ultra montes vero post quatuor menses perinde archent, & sufficiant, ac si cuique personaliter intimatae, & per seos juratae fuissent.

§. 16. Quodve earum transumptis, &c. Nulli ergo omnino, &c.

Datum Romae in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicae 1594. tertio decimo Kalend. Jul. Pontificatus nostri anno tertio. L. Card. Prodact. M. Vestrius Bambianus. A. de Alexius. Registrata apud Marcianum Secretarium.

Confirmatio, & moderatio supradictae constitutionis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper à Congregatione nonnullorum Romanae Curiae Praetorum, coram dilecto filio nostro Antonio tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onuphrii nuncupato, Majori Penitentiario, ac nostro in Alma Urbe Pro-Vicario in spiritualibus generalibus deputato, emanavit declaratio tenoris subsequentis, videlicet.

Cum circa interpretationem constitutionis fel. rec. Clementis VIII. sub dat. Kal. 13. Julii, Pontificatus sui anno tertio de largitione munerum Regularibus utriusque sexus interdicta, nonnullae difficultates, & ambiguitates sunt exortae; Congregatio specialiter à S. D. N. Urbano divina Providentia Papa VIII. coram Emin. Cardin. S. Onuphrii Majori Penitentiario, ac Urbis Pro-Vicario deputata, auctoritate sibi attributa declaravit, & declarat, munera à Religiosis utriusque sexus tribui posse ex causis gratitudinis, conciliationis, benevolentiae, ejusque conservationis erga ipsam Religionem, vel conventum, alivise causis ex sui naturae actum virtutis, & meriti continentibus, modeste statim ac discrete, & dummodo id non fiat nisi de superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu majoris partis conventus, si talis consensus de Jure, vel ex constitutionibus, seu consuetudinibus cuiusque religionis respective, in hujusmodi casibus requiratur; Consensum vero Conventus in §. 2. ejusdem constitutionis ad leviora esculenta, aut pocula, seu ad devotionem, & religiositatem pertinentia munuscula largienda, &c. requisitum, intelligi debere de consensu aliis de Jure requisitis, & ubi concurrat ambiguitas, sed sufficere licentiam, etiam oritentis eidem concessam declarat; Concessionem autem computationibus, & convivia, in excipiendo praesentem Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinariis honorificis, & laute, de quibus in §. 5. & 6. ejusdem constitutionis; ceteri tantummodo prohibita, si decemate status regularis adverserint; Restitutionem vero receptorum conventibus faciendam, de qua in §. 19. ibidem cautum est, intelligi debere de conventibus, ad quos data, seu missa de Jure pertinent, si id commode fieri potest, alias conventui ejusdem religionis viciniori loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur.

Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes, qui hucusque adversus supradictae constitutionis capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, à poenis quibuscumque in eadem constitutione infligendis, & incurtis posse, & debere à propriis Confessariis absolvi in foro conscientiae, etiam non facta prius hujusmodi rerum donatarum, seu datarum, restitutione; quoad eos vero, qui praeter modum praedictum graviori religionis detrimento largiendo, transgressi sunt; sed ob inopiam restituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit Majori Penitentiario, ut de praeteritis usque ad diem datae praesentium in foro conscientiae absolvat, dispenset, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit.

Et ne praedictae Clementis VIII. constitutionis memoria diabatur, Superiores locales cuiuscumque monasterii, conventus, domus, ac collegii regularis sub poena privationis officii, vocisque activae, & passivae ipso jure incurrenda, efficere teneantur, ut in perpetuum singulis annis mense Januario, non solum praedicta constitutio (quam in reliquis ejus

partibus eadem Sanctitas omnino observari jubet, & quatenus opus sit, innovat, quemcumque praesentium non usum, aut praesentium usum, seu praesentiam consuetudinem damnando, & irritando) verum etiam hoc decretum in aliqua publica congregatione, vel saltem in publica mensa perlegatur; Omnibus tam ecclesiasticis personis, etiam regularibus, quam laicis cuiuscumque sunt ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione comprehenderentur, praedictam Clementis constitutionem contra praesentis decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta, super quibus Sanctissimus mandavit expediri Breve datum Romae die decimaquinta Septembris 1640.

Quapropter, ut praemissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus, providere volentes; motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, declarationem praesertim cum omnibus, & singulis in ea contentis, tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam Juris, quam Facti defensores, si qui desuper quomodolibet intenterint, supplementis, illaque inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari. S. Sicque, & non aliter, &c. §. 5. Non obstantibus, &c.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XVI. Octobris MDCXL. Pontificatus nostri anno 18. M. A. Maraldus.

Recipientes munera à regularibus contra praescriptum dictarum constitutionum Clementis, & Urbani VIII. quicumque sint visus regulares, sive seculares, quaecumque dignitate, vel superioritate praediti, in neutro foro absolvi possunt ante factam restitutionem, ut patet in dicta constitutione. Clementis VIII. §. 9. Et si munus excedat summam scutorum decem, neque possunt absolvi Summo Penitentiario, prout patet ex novissima constitutione Innocentii XII. declaratoria facultatis Cardinalis Penitentiarii, emanata tertio nonas Septembris 1692. incip. Romanus Pontifex: in qua §. 7. sic expresse habetur: Munera à regularibus contra recedend. nem. Clementis Papa VIII. pariter Praedecessoris Nostris anno Incarnationis praefatae 1594. tertio decimo Kalendas Julii editam constitutionem, ultra valorem decem scutorum monetae recipientes, exceptis verum medicinalium, seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi. Infra vero praedictum valorem, non nisi facta arbitrio ipsius Majoris Penitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii elemosina, qua in beneficium religionis, seu conventus, cui de jure faciendae esset restitutio, si vult fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi. Vide infra n. 128.

Regulares non possunt uti libellis, nisi servata forma dictae constitutionis Clementis VIII. sic declaravit Sac. Congreg. Episcop. in Florentina 21. Julii 1690. ad relationem clarae mem. Cardinalis Petruccii, apud Monacell. loc. cit. num. 7.

Quoad ea, quae concernunt regulares assumptos ad Episcopatum. Vide verb. Episcopus, art. 7.

Assignatur tempus, quo à regularibus legendae sunt variae constitutiones apostolicae, & decreta Sacrae Congregationum sub poena privationis officii, vocisque activae, & passivae ipso facto à Superioribus incurrenda, ut notat Lantusa, in Theatr. regul. verb. Decreta, n. 2.

Mense igitur Januario.

Legi debent constitutiones Clementis VIII. incip. Religiosae Congregationes: & Urbani VIII. incip. Nuper à Congregatione: de largitione munerum. Sic statuitur in constit. Urbani VIII. incip. Nuper, §. 2.

Kalendis Martii.

Legi debet decretum spectans ad S. Officium Alex. VIII. incip. Militantis Ecclesiae.

Legi debet decretum spectans ad S. Officium Alex. VIII. incip. Militantis Ecclesiae.

partibus eadem Sanctitas omnino observari jubet, & quatenus opus sit, innovat, quemcumque praesentium non usum, aut praesentium usum, seu praesentiam consuetudinem damnando, & irritando) verum etiam hoc decretum in aliqua publica congregatione, vel saltem in publica mensa perlegatur; Omnibus tam ecclesiasticis personis, etiam regularibus, quam laicis cuiuscumque sunt ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione comprehenderentur, praedictam Clementis constitutionem contra praesentis decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta, super quibus Sanctissimus mandavit expediri Breve datum Romae die decimaquinta Septembris 1640.

Quapropter, ut praemissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus, providere volentes; motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, declarationem praesertim cum omnibus, & singulis in ea contentis, tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam Juris, quam Facti defensores, si qui desuper quomodolibet intenterint, supplementis, illaque inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari. S. Sicque, & non aliter, &c. §. 5. Non obstantibus, &c.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XVI. Octobris MDCXL. Pontificatus nostri anno 18. M. A. Maraldus.

Recipientes munera à regularibus contra praescriptum dictarum constitutionum Clementis, & Urbani VIII. quicumque sint visus regulares, sive seculares, quaecumque dignitate, vel superioritate praediti, in neutro foro absolvi possunt ante factam restitutionem, ut patet in dicta constitutione. Clementis VIII. §. 9. Et si munus excedat summam scutorum decem, neque possunt absolvi Summo Penitentiario, prout patet ex novissima constitutione Innocentii XII. declaratoria facultatis Cardinalis Penitentiarii, emanata tertio nonas Septembris 1692. incip. Romanus Pontifex: in qua §. 7. sic expresse habetur: Munera à regularibus contra recedend. nem. Clementis Papa VIII. pariter Praedecessoris Nostris anno Incarnationis praefatae 1594. tertio decimo Kalendas Julii editam constitutionem, ultra valorem decem scutorum monetae recipientes, exceptis verum medicinalium, seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi. Infra vero praedictum valorem, non nisi facta arbitrio ipsius Majoris Penitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii elemosina, qua in beneficium religionis, seu conventus, cui de jure faciendae esset restitutio, si vult fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi. Vide infra n. 128.

Regulares non possunt uti libellis, nisi servata forma dictae constitutionis Clementis VIII. sic declaravit Sac. Congreg. Episcop. in Florentina 21. Julii 1690. ad relationem clarae mem. Cardinalis Petruccii, apud Monacell. loc. cit. num. 7.

Quoad ea, quae concernunt regulares assumptos ad Episcopatum. Vide verb. Episcopus, art. 7.

Assignatur tempus, quo à regularibus legendae sunt variae constitutiones apostolicae, & decreta Sacrae Congregationum sub poena privationis officii, vocisque activae, & passivae ipso facto à Superioribus incurrenda, ut notat Lantusa, in Theatr. regul. verb. Decreta, n. 2.

Mense igitur Januario.

Legi debent constitutiones Clementis VIII. incip. Religiosae Congregationes: & Urbani VIII. incip. Nuper à Congregatione: de largitione munerum. Sic statuitur in constit. Urbani VIII. incip. Nuper, §. 2.

Kalendis Martii.

Legi debet decretum spectans ad S. Officium Alex. VIII. incip. Militantis Ecclesiae.

Legi debet decretum spectans ad S. Officium Alex. VIII. incip. Militantis Ecclesiae.

xandri VII. jussu editum incip. Licet alias: Sic statuitur in ipsa constitutione, §. 5. ubi mandat, quod legatur una cum aliis decretis, & constitutionibus apostolicis ad S. Officium Inquisitionis adversus haereticam pravitatem pertinentibus quotannis legi solitis juxta decretum Urbani VIII. incip. Sanctissimus Dominus.

Feria sexta post Octavam Corporis Christi, & Feria secunda post primam Dominicam Adventus; vel infra terminum unius mensis immediate subsequentis, juxta decret. Sac. Congreg. Regul. ad instantiam Procuratoris Generalis Congregationis Lateranensis editum die 16. Aprilis 1630. Vel infra terminum decem dierum immediate subsequentium juxta decretum ejusdem Sac. Congreg. Regul. ad instantiam Procuratoris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini editum die 21. Maji 1638.

Legi debent decreta Sacrae Congregationis Concilii de celebratione Missarum incip. Nuper à Congregatione.

Feria sexta post Octavam Assumptionis B. M. V. vel per totum residuum mensis Augusti, juxta decretum Sacrae Congregationis S. Inquisitionis ad instantiam Procuratoris Generalis Congregationis Lateranensis editum die 13. Februarii 1638.

Legi debet sub poenis privationis officii, vocisque activae, & passivae ipso facto incurrendis, atque aliis suae Sanctitatis arbitrio infligendis, &c. decretum Sacrae Congregationis Sancti Officii jussu Urbani VIII. editum de observantia constitutionum apostolicarum ad Sanctum Officium pertinentium incip. Sanctissimus Dominus.

Diebus à Superiore assignandis bis quotannis.

Legi debent sub poenis privationis officiorum, & vocis activae, & passivae decreta Generalia Clementis VIII. pro reformatione regularium incip. Nullus omnino: Et decreta Sacrae Congregationis Concilii Urbani VIII. jussu eadem de regularibus apostatis, & ejecis incip. Sacra Congregatio: una cum decreto ejusdem Sacrae Congregationis Innocentii XIII. jussu editum, moderatorio, & incorregibilium respectu innovatio incip. Instantibus Procuratoribus.

Item bis quotannis diebus à Superiore assignandis.

Legi debent decreta Clementis VIII. super receptione, educatione, & professione Novitiorum, quorum primum incip. Regularis disciplina: Secundum incip. Sanctissimus in Christo: Tertium iterum incip. Sanctissimus in Christo Pater: Quartum item incip. Sanctissimus in Christo Pater: Quintum incip. Cum ad Regularem disciplinam.

Item in quolibet Generali, vel Provinciali Capitulo, Congregatione, Capitulari congressu, dieta, &c. sub poenis privationis officii, vocisque activae, & passivae ipso facto incurrendis.

Legi debet decretum Sacrae Congregationis S. Officii Urbani VIII. jussu editum de observantia constitutionum Apostolicarum, & decretorum ad Sanctum Officium pertinentium incip. Sanctissimus Dominus: Item sub iisdem poenis legi debet saltem semel singulis annis Kalendis Martii in publica mensa, vel aliis in capitulo ad hoc specialiter convocato una cum aliis decretis, & constitutionibus apostolicis ad Sanctum Officium Inquisitionis adversus haereticam pravitatem pertinentibus quotannis legi solitis, juxta dictum decretum Urbani VIII. incip. Sanctissimus Dominus.

Item sexto quoque mense in conventibus Recollectionis, & Novitiatu pro Nostratibus, legi debet decretum Innocentii XI. incip. Pro meliori Novitiorum.

Item pro Nostratibus bis saltem in singulis annis sub poena destitutionis Superiorum localium ipso facto incurrenda.

Legi debet constitutio pro restituendo, ac conservando candori regularis disciplinae edita ab Urbano VIII. die 1. Junii 1640. & incip. Militantis Ecclesiae.

Regulares utriusque sexus tenentur ad observantiam Regulae secundum primaeam institutionem; extra expresso in Concilio Tridentino sess. 25. de Regular. cap. 1. cap. Cum causam 27. de elect. cap. Ad nostram 3.

D a

de appellat. cap. Super eo 9. & cap. Ex parte 29. de Regularibus, cap. Recolentes 3. & cap. Ea quæ de statu Monach. Quamvis enim controvertant Doctores, an si reducat religio, seu monasterium, ad primum regulæ rigorem, pristinaque severitatem, teneantur Regulares inibi professi ad illam reformationem, possintque ad illam servandum compelli? Et Otrudus cons. 95. & aliqui alii teneant non posse præcise compelli, Tamen contraria opinio est Communis per jura citata, & eam tenent Innocentius in cit. cap. Super eo 9. de regul. & ibi Joannes Andreas, Butrius, Cardin. Abbas, & idem Abbas plene in cap. Ad nostram 3. de appellat. num. 4. & ibi late Felinus, n. 4. & 5. Decius, num. 5. & 6. Prepositus, n. 9. Butrius, in cap. Cum causam 27. de election. num. 14. & 16. ubi sic expresse dicit: "Non excusantur intrantes religionem collapsam, si ipsam profitentur, licet tempore, quo profitentur, non sit ibi observantia, si regulam ad unguem non servant, & sic videtur, quod omnes monachi vadant ad domum diaboli." Et ibidem Joann. de Aniana, num. 4. dicens: "Nota textum & servent regulam qui probat, quod non excusatur ille, qui intrat religionem collapsam, in qua regula non servatur ad unguem, nisi illam profiteretur, & sic videtur secundum Dominum Antonium, quod hodie omnes Monachi vadant ad domum diaboli." Et sequitur Fagnan. ib. num. 53. & in cap. Ne ininitaris 5. de Constitutionibus, num. 316. & in cap. Recolentes 3. de statu Monach. à n. 4. ad 7. Donatus praxi rerum regul. tom. 4. tract. 15. quest. 5. per tot. & alii passim; quam sententiam ut veram, & communem amplexa est Rota decis. 216. part. 2. divis. per tot. & præsertim n. 7. & seq. & probavit Sac. Congregat. Concil. apud Fagnan. in cit. cap. Recolentes 3. de statu Monach. num. 7. ubi censuit, posse Superiores Regularium inducere reformationem juxta ipsorum instituta, si eorum monasteria sint relaxata, & regula collapsa, & ad illam omnes obligare, ut colligitur ex cit. cap. 1. sess. 25. de regularibus.

75 Et ratio est, quia Religiosi per professionem renuntiantur propriæ voluntati, cum non amplius habeant velle nec nolle, textu expresso in cap. Si Religiosus 27. de elect. in 6. cap. Religiosus 2. de Test. etiam in 6. cap. Religiosus 5. de sepulchris, item in 6. cap. Non dicatis 11. caus. 12. quest. 1. & ut recte dicunt Summo Astensi, tit. 47. de regul. art. 3. in 7. quest. Fagnan. loc. citat. num. 6. alii.

Proficientes profitentur regulam non consuetudinem, & relaxationem, immo ad id expressam professionem, adeoque ad regulæ observantiam compelli possunt à Superioribus, non obstante contraria consuetudine, & inducta relaxatione.

76 Et tanto magis hoc potest fieri à Summo Pontifice, Regularibus enim nefas esset reluctari Papæ reformationem inducenti; Unde miratur, & recte conqueritur Fagnanus in cit. cap. Ne ininitaris 4. de Constitutionibus, num. 326. quod quidam Regulares, audita opinione, quam nonnulli Auctores probabilem dicunt, quod Summus Pontifex non possit Regularibus ad præscriptum Regulæ reformationem indicare præter consuetudinem, quæ in Religione vigeat tempore professionis emisse, ausi sint debitam mandatis apostolicis obedientiam denegare, cum talis opinio sit manifeste falsa; & contra cap. Cum causam 27. de election. cap. Ad nostram 3. de appellat. cap. Super eo 9. & cap. Ex parte 29. de Regul. cap. Recolentes 3. & cap. Ea, quæ 8. de statu Monach. & expresse contra Concil. Trid. cit. cap. 1. sess. 25. de regul. & contra communem Doctorem.

77 Immo Papa potest indicare Religiosis etiam strictiorem vitam, quam regula exigit, ut per Doctores in cit. cap. Super eos 9. de Regularibus, & cap. Ad nostram 3. de appellat. & Fagnan. expresse in cit. cap. Recolentes 3. de statu Monach. num. 7. sicut de facto Bonifacius VIII. indixit universis monialibus clausuram perpetuam, ut in cap. Periculoso unic. de statu Regularium in 6. innovato à Concil. Trident. in cap. 5. sess. 24. de Regularibus. Et S. Pius V. in constitut. incip. Decorum: ad eam clausuræ legem adstrinxit etiam sanctimonialis

illas, quæ ex fundatione Religionis, seu monasterii ad eam non tenebantur; Et Clemens VIII. in decretis de reformat. Regul. incip. Nullus omnino: in pluribus Regulares restrinxit ultra præscriptum regulæ; Quod factum etiam in decretis Sac. Congr. Concil. jussu Urbani VIII. editis de Regularibus Apostatis, & Ejectis incip. Sac. Congregat. in & in decreto ejusdem Sac. Congregat. moderatorio, & incorrigibilium respectu innovatorio, jussu Innocentii XII. edito, & incipient. Instantibus Procuratoribus: Neque in his possunt Religiosi resistere, quia, ut expresse dicitur in cap. Si Religiosus 27. de elect. in 6. Religiosorum arbitrium non ex sua, cum velle, vel nolle non habeant, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuerunt, & cujus imperio se subjecerunt, voluntate dependet, ibi: Si Religiosus cujus arbitrium non ex sua, cum velle, vel nolle non habeat, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit, & cujus imperio se subiecit, voluntate dependet, &c. Et concordant cap. Religiosus 2. de Testam. in 3. & cap. Religiosus 2. de sepulch. eod. in 6. cap. Non dicatis 21. caus. 12. quest. 1. cum similibus.

Unde Regularibus renuentibus reformationem indictam recipere, & integre observare, solet Sedes Apostolica interdiceret, & denegare licentiam recipiendi, & admittendi aliquos ad habitum, & professionem, ut patet ex decretis Clementis VIII. citatis supra n. 72. §. Item his quotannis: & constit. Innocentii X. incip. Inter cetera, & pluribus aliis decretis Sacrum Congregationum.

Et quod etiam monasteriis, renuentibus reformationem acceptare, non concedatur licentia recipiendi puellas ad habitum, statuit, Sac. Cong. Episc. & Regul. in Neapolitana 26. Maji 1692. Item nec admittendi ad professionem eas, quæ se ad illam nollunt obligare. Eadem Sac. Congr. Episcop. in Neapolitana 8. Aprilis 1605. In iis monasteriis, quæ partim illam reformationem recipiunt, & partim non, recipi non debent nisi illæ, quæ se volunt reformationi subijcere; Ead. Sac. Congreg. Episcop. 17. April. 1702. Nec reformatio esse credenda statim, sed probanda diu, antequam detur licentia vestiendi; Ead. Sac. Congreg. Episc. in Capuana 17. Novemb. 1602. & 4. Maji 1604. & consimiliter sæpe sæpius alibi. Quæ tamen professionem emiserunt, antequam introduceretur reformatio, hortari debent ad illam acceptandam, sed non cogi; Ead. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Neapolitana 5. Martii 1602. apud Nicol. in Foscui. verb. Reformatio, num. 19.

Unde Pignatelli. tom. 8. consil. 45. num. 25. sic expresse habet: In Mediolanensi. Licet Regulares regulam, quam professi sunt, observare teneantur, & cogendi sint, nihilominus moniales, quæ non ita exacte eam observant, veluti in junioribus, in concedendo carnes, gettando inducium lineam, recitando horis matutinis certa hora noctis, sunt tolerandæ, ut in monialibus S. Benedicti juxta mentem Gregorii XIII. Et sequitur D. Cajetanus de Alexandris in Confessario Monialium cap. 1. §. 1. quest. 4. ubi dicit, quod si moniales tempore professionis limitatam habuerunt intentionem, non se amplius obligandi, quam ad illam regulam sic relaxatam, tunc non teneantur reformatam ex post servare, quia actus non obligant ultra intentionem agentium; I. Non omnis 19. §. Si certum petatur. (Vide lib. B. pag. 335. num. 29.) Ita multi apud Sanchez in Decalog. l. 6. cap. 2. num. 39. Si vero absque ulla expressa limitatione professæ sunt, teneantur regulam sic reformatam amplecti, & observare, quia sponte sua in religione proficentes se ita regulæ, & vite religiosæ subijciunt, ut paratæ esse debeant; quantum ex se est, ad conservationem ipsius procurandam. Quare si Regularis observantia collapsa, & relaxata sit, tenentur Moniales pati, ut restitueretur, seu reformetur, & per consequens tenentur etiam regulam sic instauratam, seu reformatam observare; Sanchez loc. cit. alique pluri ibi relati; Et Monacell. tom. 2. tit. 13. formul. 5. n. 7. dicit expresse, quod monialis, quæ vult vivere secundum corruptelas, & abusus monasterii, est in periculo damnationis.

Afferuntur decreta generalia Clementis VIII. pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Men-

Mendantium cujuscumque Ordinis, & Instituti, quæ, ut dictum est supra sub num. 72. §. Diebus à Superiore assignandis: his quotannis legi debent sub pena privationis officiorum, & vocis activæ, & passivæ.

CLEMENS PAPA VIII.

§. 1. Nullus omnino, prætextu cujuscumque privilegii, vel Superioritatis, etiam Generalatus, à servitio chori censeatur immunis, nisi pro tempore quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus, Superiores iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint; idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitime impeditis; In eorum vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari poenitentia Superiores animadvertant, ad præscriptum regulæ, & constitutionum, alimentii etiam, si opus fuerit, subtrahant.

§. 2. Lectio sacræ scripturæ, vel casuum conscientie bis in hebdomada, præscriptis diebus, in singulis monasteriis, & conventibus habeatur, ad quam fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione, circa explicatam doctrinam sese utiliter exercent.

§. 3. Quo Tridentini Concilii decreta de pauperatis voto custodiendo fidelius observentur, præcipitur, ut nullus ex fratribus, etiam Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, provenientis, census, elemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro missis, tam in propria ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsorum jussu labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut priorum largitiones, legata, aut cum donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere possint, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & conventui incorporentur, atque ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

§. 4. Neque Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eisdem fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

§. 5. Eorum vero, quæ ad necessitatem concessa fuerint, nullus quicumque possideat ut proprium, neque ut proprio utatur.

§. 6. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, poenitas, nedum à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoque multo graviore Superiorum arbitrio imponendas incurrat.

§. 7. Nulla quoruncumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia, fratres excusare possit, quo minus capite, & poenæ ab eisdem Concilii decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ, obnoxii sint, etiam si Superiores assenserint, hujusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

§. 8. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparatur, & omnino uniformis sit fratribus, & quoruncumque Superiorum, statulique paupertatis, quam professi sunt, conveniat, ita ut nihil superfluum admittatur, nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.

§. 9. Quæcumque fratrum vestes, sive lanæ, sive ve lineæ, omnisque alia suppellex in aliquo commodum conventus locum deferatur; ibique ab uno, vel duobus fratribus hanc muneris deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superiori arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportune possint.

§. 10. Omnes, etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, sive eadem (ut ajunt) pitantia in communi mensa, prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti

fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatum quisque in cibum utatur, ullo modo afferri possit; si quis ea in re peccaverit, nil ea die alimentis percipiat, nisi panem, & aquam.

§. 11. Superiores omnes etiam Generales, qui redditus, aut prestationes peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distinctio fideliter, & diligenter annotari curent, neque in alios usus, quam ratione officii sui necessarios, quocumque expectant; cum vero contigerit, ipsos in aliquo conventu commorari, eam pecuniæ quantitatem in Commune conferant, ex qua sibi, & iis, qui secum erunt, victus ad præscriptum regulæ, & constitutionum, supeditetur.

§. 12. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, ut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui conventus, etiam nomine conventus per se ipsum habere, sive exercere possit, sed universum id onus tribus fratribus ejusdem conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat; alter tamquam depositarius pecunias, ac cetera ab illo collecta, & exacta fideliter asservet; alius de pecuniis, & rebus à depositario acceptis Priori, & Fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator, provideat, officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta.

§. 13. Ceterum hi tres, tam impensi, quam accepti singulis mensibus Superiori locali adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus ejusdem conventus probatoribus, feruque usu peritis, rationem reddant; deinde ipsimet rursus, presentibus Priore, & peritis predictis, Generali vel Visitoribus, cum advenierint, denique ipse Generalis, vel Visitoris in quolibet proximo capitulo generali, saltem coram tribus Judicibus, ab ipso capitulo ad hoc constitutis, illorum omnino, universæque suæ administrationis, tam publicæ, quam privatæ rationem reddere teneantur, cujus etiam exemplum authenticum ex actis capituli extrahatur, ad hoc ut ad eam mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ, Romam transmitti possit.

§. 14. In unoquoque conventu fratrum is tantum deinceps constituatur, & imposterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, aliusve quibuscumque obventionibus in commune, ut præfertur, conferendis, commode possit sustentari; redditus vero, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asserventur.

§. 15. Superioribus autem, ne Concilii Tridentini hæc nostra decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullo modo possint, omnino interdicitur, & prohibemus. Decernentes irritum &c. Si quis autem contra præsumperit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque privatus, & ad ea perpetuo inhabilis existet.

§. 16. Nullus, nisi actu legat, vel prædict, aliquo sui gradus privilegio gaudeat.

§. 17. Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem ordine, qui illi ministret, concedendus erit, is, nisi viginti quinque annis, & qui communi servitio sit deputatus, non concedatur, & si commode fieri potest, sit laicus conversus.

§. 18. Ut omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, conventus clausura perpetuo ac diligenter servetur, ac propterea à Superiore janitor constituitur qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur, is januæ custodiendæ semper assistat, eamque nemini fratrum aperiat, nisi socium, & exvevendi licentiam obtinuerit.

§. 19. Nullus à conventu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, aut benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque